

FRANCISCI BLANCHINI

7 V. C. T

SACERDVS MAXIMA
M. D. M. I. TAVROBOLIO
CRIOBOLIOQVE REPETI
TO. DIIS. OMNIPOTENTI
BVS. M. D. ET. ATTI
ARAM. DICAVIT
NONIS APRILIBVS
FL. MEROBAVDE
V. C. ITERVM
ET. FL. SATVRNINO
V. C. CONSS. (1)

8

MATRI DEVU MAGNAE IDEAE (2)
SVMMAE PARENTI HERMAE
ET ATTIDI MENO TYRANNO
INVICTO CLODIVS HERMOGENIA
NVS CAESARIVS V. C. PROCONS
AFRICAE. PRAEFEC. VRBIS
ROMAE. XV. VIR. S. F. TAVROBOLIO
CRIOBOLIOQVE PERCEPTO
XIII. KAL. AVG. DIIS. ANIMAE (3)
SVAE. MENTISQVE CVSTODIBVS
ARAM DICAVIT
D. N. GRATIANO AVG. TER
ET . . . AEQUITIO CONSS (4)

9

ΜΗΤΡΗ ΘΕΩΝ
ΕΙΣ ΔΕΚΑΠΕΝΤΕ (5) ΑΝΔΡΙΝ ΦΙΒΟΤ ΣΤΕΦΑΝΕΦΟΡΟΣ ΚΡΙΠΕΤ
ΚΡΗΤΗΝ ΗΓΑΘΕΟΣΤΕ ΔΕΟΝΤΙΟΣ ΕΝΦΟΙ ΑΝΔΡΕΙΚ
ΟΣ ΜΕΝ ΑΠ' ΑΝΡΟΔΙΗΣ ΟΣ Δ' ΑΡ' ΑΠ' ΕΣΠΕΡΙΗΣ
ΟΡΓΙΑ ΣΤΡΕΞΑΝΤΕ ΘΕΑΙ ΠΑΜΜΗΤΟΡΙ ΡΕΙΗΙ
ΚΡΙΟΒΟΛΟΤ ΤΕΛΕΤΗΙ ΚΑΙ ΤΑΤΡΟΒΟΛΟΙ ΦΕΡΙΣΤΗΙ
ΑΙΜΑΓΙ ΜΤΣΤΙΠΟΛΟΙ ΒΩΜΟΝ ΤΠΕΡΙΘΕΑΝ

Interpretatio autem retroscriptae Graeca Inscriptionis talis est

MATRI DEVU

XV. VIR. PHOEBI. CORONATVS. SACERDOS
CRESCENS. DIVINVSQVE. LEONTIVS. SAPIENTES. VIRI
ALTER. QVIDEM. AB. ORIENTE. ALTER. VERO. AB. OCCIDENTE
RITVS. SIMVL. PERAGENTES. DEAE. OMNIPOTENTI RHEAE
CRIOBOLII. VICTIMAE. ET TAVROBOLII. OPTIMAE
SANGVINIBVS. SACRIS. ARAM. EREXERE

„ Ex his (subdit Ugonius) duo versus sunt
„ hexametri, & duo pentametri. Habetat à
„ lateribus Cybelem cum arbore pini, & At-
„ tidiem cum capitibus Bovum. Mirandum
„ valde est, quomodo humani generis hostis
„ juxta sanctiōem torius Orbis Basilicam se in-
„ gesserat ad tantam abominationem sacrificio-
„ rum Idololatriæ celebrandam temporibus
„ Christianorum Cœsarum : nec mirandum, si
„ ab aliquo optimo viro malleo aræ ipsæ fra-
„ ctæ, & acervatim sepulta repertæ sint.

29 Hac postrema Ugonii conjectura, tot la-
pidibus confirmata, quæ suadebat opinari, sacra
Matris Magnæ, & Idæa peragi consuevit in
Vaticano, ætate nostra vix demonstratione ob-
tinuit ex alia celeberrima inscriptione, reperta
in lumino colle Lugdunensi Coloniæ in Gallia.
Eandem vulgavit, & leξissima, qua pollet,
eruditione exposuit Adm. Rev. Pater Dominicus
de Colonia Soc. Jesu Theologus, multis mihi
nominibus spectatissimus, & singularis benevo-
lentia æquè ac doctrinæ causa summopere co-
lendus. Ante quinquevium cum Romanas an-
tiquitates secum lustrarem Lugduni non infre-

A quentes, ostendit aram Taurobolii signis inci-
sam, effossam in eo colle, & commentarium
abs se de illa editum, hospitalitatis nostræ tel-
feram pretiosissimam largiri voluit: tum præ
cæteris observandum insinuavit, in illius aræ in-
scriptione hæc verba perfpicuè legi: VIRES
EXCEPIT, ET A' VATICANO TRANSTU-
LIT: Id enim de Vaticano colle Urbis Romæ
intelligi oportere disertè tradit, cùm in Colonia
Lugdunensi nullus occurrat locus ejusmodi nomi-
ne donatus. In Urbem reverfus, cùm liber Grimaldi mihi oblatus fuisset, memorans inscrip-
tiones jam relatas Matris Magnæ, & Tauro-
bolii, atque Criobolii percepti, locumque
effossionis designans in Vaticano; hac una
B Lugdunensi ara cæterarum usum demonstrari
intellexi, apud Vaticanam Basilicam repertarum.
Quin etiam hæc Lugdunensi ostendit,
eam confutetudinem de qua loquitur, transfe-
rendi superstitionis cultum Idæa Matris, Tau-
roboli, & Crioboli ex Vaticano colle Romanorū
ad Colonias viguisse sub Antonini. VI-
RES TAVRI, hoc est (ut cum Salmatio scitè
exponit P. Colonia) cornua ejus animantis, seu
viecti-

(1) Christi 383.

(2) Fabretus fol. 666. n. 522. ita exprimit M. D. M. I.
ubi etiā versus alter distinguit, & aptius, ut videtur.

(3) Christi 374.

(4) Grimaldus in margine hæc addit: Hanc Inscrip-
tionem multo labore exscripsi propter charactres jam
propè deperditos.

(5) Ita, sed mendosè pro ANΔΡΩΝ.